



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,  
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus  
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1678**

Chronicon brevissimum monasterij sancti Galli in Helvetia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14688**

CHRONICON BREVISSIMUM  
MONASTERII SANCTI GALLI.

D C X C I . Bellum Pippino in Strictio, ubi supra ravit Francos.

D C C I I . Obitus Hildeberti Regis.

D C C X V I . Grimaldus interficitur.

D C C X I X . Hoc anno pugna Karlus in Vinciaco  
xii. Kal. Aprilis, xv. dies ante Pascha.

D C C X L I . Carlus moritur. Et Teodoldus interficitur.

D C C L I I . Eodem anno Pippinus Rex apud Sue ssionis civitatem benedictio regalem accepit.

D C C L I V . Hoc anno Pippinus Rex cum Francis in Italianam perrexit, Langobardos superavit in gladio. Hoc anno Carlomannus moritur.

D C C L V I . Hoc anno iterum Rex Pippinus super Langobardos cum magna munera reversus est in regnum suum.

D C C L X . Hoc anno Pippinus Rex cum dictum habuit cum Vascones.

D C C L X I . Bellum Pippino in Vasconia.

D C C L X I I . Bellum Pippino in Vasconia. Tunc superavit Vascones.

D C C L X I V . xix. Kal. Ian. sic incipit gelus, & finivit in xvii. Kal. April.

D C C L X V I I I . Hoc anno Vvepherius interficitur in nocte die v. feria i v. Non. Ian. Et in ipso anno Domnu Rex Pippinus transiit viii. Id. Octobris in nocte die sabbato. Et in sequente die vi. Idus Octobris sic Domne Reges Karlus & Kar lomannus benedictionem regalem acceperunt, Dominus Rex Karolus in Noviamaco civitate, & Car lomannus in Sue ssiones civitate in sede patris sui.

D C C L X I X . In ipso anno perrexit Karlus Rex  
in Vvasconia , & adprehendit Hunualdum.

D C C L X X I . Karlomanus moritur ii . Non.  
Decembris.

D C C L X X I I . Hoc anno Dominus Rex Karo-  
lus perrexit in Italia cum Francis.

D C C L X X I V . Hoc anno perrexit Dominus Ka-  
rolus ad Romam ad sanctum Petrum. Et revertens  
inde adquisivit \* Peccutia civitate five \* Cicinio <sup>\* Pavia</sup>  
cum Rege Desiderio , & cum gaudio reversus est in <sup>\* Ticino</sup>  
Francia.

D C C L X X V . In ipso anno perrexit Karlus super  
Saxones , & plurimos ex ipsis ad baptismi gratiam  
perduxit , & multos pluriores interfecit.

D C C L X X V I I . Hoc anno fuit Dominus Rex Kar-  
lus in Saxonia ad Patrisbunna , & ibi ædificavit Ec-  
clesiam in honore Salvatoris.

D C C L X X V I I I . Hoc anno Dominus Rex Kar-  
lus perrexit in Spania , & ibi dispendium habuit  
grande.

D C C L X X X I . Hoc anno Dominus Rex Karolus  
reversus est de Roma.

D C C L X X X I I . Hoc anno Dominus Rex Karolus  
plures de Saxonis interfecit.

D C C L X X X I I I . Hoc anno moritur Hildegardis  
Regina II. Kal. Maij.

D C C C I . Hoc anno Dominus Rex imperialem  
sedem accepit.

D C C C V . Hoc anno perrexit Dominus Karolus  
in Saxonia ad Holdistede , & multis barones & mu-  
lieres inde adduxit.

D C C C X I I I . Hoc anno Riculfus Episcopus in  
v. Id. Agusti.

D C C C X I V . In hoc anno Dominus Karlus Cæ-  
sar obijt in v. Kal. Februarij in die sabbati.